

adverit, Episcopum in Missa tenere Annulum in digito annulari, non autem in Indice, ne eo coronato tangat sacrum Corpus Christi, cum sit tantum gendium ab humilibus; Et Sarnellius d. Epist. 16. p. 137. tom. 1. ubi notat, Episcopos Græcos olim abstulisse ab usu Annuli, quandoquidem Latini de eodem usu irriduntur à Petro Patriarcha Antiocheno in Epist. ad Michaelem Patriarcham Constantinopolit. ita dicens: Quid enim nostrum interest, quod illorum Sacerdotes barbam radant? Quid etiam, quod Annulus gestent, in symbolum contracti cum Sancta Ecclesia Connubii? Abbates etiam, & alii inferiores Prælati habentes usum Pontificalium, deserunt Annulum ex Privilegio Apostolico ad ornatum suæ Dignitatis, cap. Indomnitate. De Elect. in 6. cap. Ut Apostolica, de Privileg. eod. lib. ut fuscè disputat Tamburin. de Jure Abbat. tom. 1. disp. 20. Quæst. 1. à num. 5. & segg. Et per participationem ejusdem Privilegii Abbatissæ quoque habent jus deferendi Annulum aureum, DD. apud Lezanam tom. 6. in Mare Magno Carmelit. n. 385. & 386. ipsæ verò Moniales illum portant tamquam Sponsæ Christi, de quibus verificatur id, quod de se profertur S. Agnes: Annulo suo subarravit me Dominus meus Jesus Christus. notat id de Virginiibus Magrius d. Verb. Annulus col. 1.

His delibatis ad eruditionem circa usum Annulorum aureorum, perfringendo ea, quæ spectant ad ornatum, & modestiam Sacerdotum; sciendum est, clericis, Sacerdotibus, ac aliis Ministris Ecclesiasticis non esse licitum Annulos aureos in digitis deferre; nisi sint Episcopi, vel Prælati, vel in dignitate Ecclesiastica constituti, vel Doctores. d. cap. Clerici officia. De Vita, & Honest. Cleric. Joan. Andreas in d. cap. Ut Apostolica, de Privileg. in 6. ubi dicit: Clericus annulatus vel Episcopus, vel factus. Naldus Verb. Clericus n. 4. Pax Jordanus tom. 1. lib. 4. tit. 1. n. 309. & Sarnellius d. Epist. 16. p. 138. & 139. hac utens distinctione; quod (exceptis Episcopis, & Prælatibus usum Pontificalium habentibus) constituti in Ecclesiastica dignitate, quales sunt Præpositi, Archidiaconi, Canonici Ecclesiarum Cathedralium, Protozonarii Apostolici, & Doctores in Theologia, in utroque jure, seu in Philosophia, possunt deferre in digito Annulum aureum extra Missam: at in celebratione Missæ nullus eorum annulum tenere potest, ut pluries declarando prohibuit, & prohibendo declaravit Sacra Rituum Congregatio, cujus decreta referunt Gavantus d. part. 2. tit. 1. num. 6. & in Manuali Episcoporum eod. Verb. Annulus. Biffus d. Verb. num. 373. Magrius eod. Verb. col. 2. Jordanus d. lib. 4. tit. 1. num. 309. Barbosa Decif. Apostolic. Verb. Annulus, ubi firmat, quod Annuli usus in Missa prohibetur omnibus etiam Doctoribus, & Protozonariis non participantibus, ex S. Congr. Rit. 13. Februar. 1623. & etiam Canonice Ecclesiarum Cathedralium. ex eadem S. Congr. 10. Novemb. 1628. Cæcoperius de Canonice. lib. 3. num. 33. Quibus Decretis attentis cavendum est ab eodem Barbosa Decif. Apost. Verb. Protozonariatus Titularis num. 6. ubi ex Decreto S. Congr. ejusd. 21. Augusti. 1601. asserit, dictos Protozonarios posse habere annulum, dum celebrant, sed sine gemma, quia supradicta posteriora decreta id vetant; & ipsæmet Barbosa de Jure Eccles. Univ. lib. 1. cap. 23. num. 29. dicit, ex eodem Decreto 21. Augusti 1601. eis non licere in Missa Annulum gestare.

Est igitur conclusio, quod Sacerdotes, & Ministri Sanctuarii ad eorum exteriorem ornatum debent induere, vestes talares, nigri coloris, laneas, non sericas, eas zona præcingere; abstinent ad collaribus, manicis, calcicis, pileis ad formam mundi elaboratis; annulos in digitis non deferre, & ab omni jactantia, & vanitate vestimentorum esse

alienos; ut præcipiunt Sacri Canones longa manu congesti à Menochio de Arbit. Judic. casu 392. à Belletto Disquisit. Clerical. p. 1. De Disciplin. Cleric. §. 16. à Carolo de Gratias de Effeb. Cler. in Prælat. à num. 270. & segg. à Gonzalez in d. cap. Cler. officia. §. 5. de Vita, & honest. Cler. & novissimè ab Illustrissimo Episcopo Sarnellio d. tom. 1. Epist. 16. per totum. Siquidem Clerici contrarium temerè facientes non sunt immunes à peccato mortali, ut ex Card. Turrecrem. & aliis notat Carol. de Gratias de Effeb. Cleric. num. 150. in Prælat. l. ad.

Cæterum contra hucusque allegata nonnulli Clerici, quos vestes mundani ritus delectant, sequentes faciunt objectiones.

Primo: Clerici tenentur servare dignitatem sui ordinis; Sed ad dignitatem servandam valde confert vestitus nobilis, & vestis pretiosa; ut docet Tertullianus lib. de Pallio; & Quintillianus lib. 8. in Proemio. Ergo Vestes fericeæ, & cum eleganti forma non sunt Clericis prohibendæ.

Secundo: In Clericis non est attendenda Vestis, sed puritas cordis; ut ait S. Hieron. in Epist. ad Oceanum, relatus in Concil. Aquigran. can. 98. Igitur si bonus est Clericus, parum interest si induat splendidas Vestes.

Tertio facit exemplum S. Basilii Magni, quem (ut scribit Amphiloehius in ejus vita,) S. Ephrem vidit sic splendide vestitum, ut in corde suo hæsitaverit de ejus sanctitate; sed Deus fecit faciem S. Basilii splendescere tamquam ignis; Ergo non implicat, Sanctum esse, & splendidas vestes deferre.

Quarto: Clerici non debent se contemptibiles reddere, dicente Apostolo ad Titum cap. 2. vers. ult. Nemo te contemnat. Sed si vestes laneas, humiles, ac laceratas induant, à laicis contemnentur, prout contemptus fuit S. Martinus à tribus Episcopis in ejus electione ad Episcopatum ob vilitatem vestimentorum, ut narrat Sulpitius Severus in ejus vita. Ergo.

Quinto in Concil. Bracharen. primo, in can. 29. ita est statutum: Placuit; ut Lectoribus in Ecclesia ordinatis in habitu seculari non passant. Ergo extra Ecclesiam habitus secularis non est prohibitus Clericis, quales censentur fuisse prædicti Lectores.

Sexto tandem in cap. Si quis Virorum. dist. 30. definitur; quod si quis reprehendat, vel judicet alios Clericos, qui birris utuntur, & alia veste communi, que in usu est, anathema sit. Sed Birrus seu birrum est vestis pretiosa, & rubri coloris; ut demonstrat Magrius in Hierolexic. Verb. Birrus; ubi allegat S. Augustinum serm. 50. dicentem: Aliquando tamen offeratur mihi birrum pretiosum; Ergo Clericis licitum erit uti vestibus pretiosis, & coloratis.

His tamen minimè obstantibus, non est recedendum ab observantia Sacrorum Canonum, & Synodali Constitutionum, prohibentium Clericis, & Sacerdotibus vestes fericeas, pomposas, mundanas, & variatas; ut probatum est supra; respondetur enim

Ad primam objectionem; quod dignitas Sacerdotalis est servanda per modestiam in vestitu, non 56 per vanitatem juxta tex. in cap. Clericus dist. 32. ubi dicitur, quod Clericus professionem suam & habitum, & incessum probet, & nec in calcamentis decorem querat; ut dictum est supra.

Ad secundam; puritate quidem internam in Ministris Sacris regiri; sed ad illam tuendam, & demonstrandam opus esse abstinentie à vanitate vestium, quæ indicant malitiam cordis. Hinc Livius lib. 4. cap. 44. & lib. 8. refert, Posthumiam, & Minutiam, Virgines Vestales damnatas de incestu

ob amantorem cultum vestimentorum. Hinc S. Hieronymus ad Euloch. de custodia Virgin. describens Clericos vanis vestibus indutos, subdit: tales cum videri, Sponsæ magis existimant, quam Clericos.

Ad Tertiam; non officere exemplum S. Basilii Magni, cujus vestes splendide erant in Sacrificio Missæ, & in functione Pontificali; non autem in usu quotidiano, & domestico; de quo ipsemet Sanctus in Regula cap. 22. ait: Studendum est nobis, ut omnium infimis sumus, & quod in genere indumentorum ipsorum est, id summo modo nobis est amplectendum.

Ad Quartam respondetur: tantum abest, Clericos per vestes humiles, ac modestas à laicis contemni; quod immò per easdem valde honorari. Sit exemplum S. Sabbe Abbatis, qui cum Legatus accessisset cum multis Patribus ad Imperatorem Anastasium, & à Cubiculariis ob paupertatem vestis rejectus fuisset ab ingressu Imperialis Aula; vocatus postea justo Imperatoris, ut vidit illum humili veste, ac cilicio indutum, & throno descendit, & tamquam virum Sanctum honore summo recepit, fecitque sedere, ut ex Cyrillo Monacho in Vita S. Sabbe notavit Emin. Card. Baronius ad Annum Christi 512. n. 13. Quod si S. Martinus contempserunt tres illi Episcopi; erant de illis, de quibus ait Scriptura: Nos insensati vitam illorum asinabantur insaniam; & non illorum sine honore, ecce quomodo computati sunt inter filios Dei. Sapient. 5. 5.

Ad Quintam respondetur; canonem Concilii Bracharen. loci de Lectoribus, qui non erant Clerici, sed Laici admitti ad captandum in Ecclesia ob vocis amantem; ut hic Patavii plures Musicæ Laici in Ecclesia Divi Antonii Confessoris, & Venetiis in Ducali Basilica Divi Marci, qui quidem dum cantant in Ecclesia, non apparent in habitu seculari, sed induit furt superpelliceo; quamvis extra Ecclesiam vestibus laicis indui præcedant. Confirmatur hæc responsio ex annotationibus Emin. Card. Baronii ad Martyrolog. Romanum die 13. Julii, ubi dicitur martyrio coronatus plurimos Lectorum infantulum; explicat enim Emin. Card. Baron. quod illi Lectores infantuli non erant Clerici, neque ordine Lectoratus insigniti, sed pueri ob vocis elegantiam ad canendum res Ecclesiasticas modulibus suis imbuti; & allegat Venantium Fortunatum libro secundo in Carmine de Cler. Paris. ita scribentem.

Hinc puer exiguis attemperat organa cannis, Inde senex largam ruciat ab ore tubam. Cymbalice voces calamus miscuntur acutis, Disparibusque tropis sibilula dulces sonat. Tympana raucæ senum puerilis fistula mulcet. Atque hominum reparant verba canora Lyram.

Ad ultimam respondetur; vestem, quam antiqui Birrum vocabant, modò pretiosam, modò vilem, & vulgarem fuisse, ut bene explicat Octavius Ferrarius de Re Vestiar. part. 2. lib. 1. cap. 26. ita dicens: Birri igitur Lacerna fuerunt rufi coloris; & quemadmodum Lacerna materia, & colore aliis aliis pretiosioribus, ita & Birri. Quare falli eos necesse est, qui vestem semper pretiosam dixerunt; meritoque Zozarum, & Balsamonem reprehendit Salmastius, quod ad canones Bapæ veteris & veteris exposuerunt, sericas vestes, nam licet fuerint Lacernæ, & Birri serici, non tamen omnes tales fuerunt. Et paulo post, relatis verbis d. cap. Si quis Virorum dist. 30. subdit: Birrus enim, sive Lacerna communis vestis erat. Concordat Albericus in Dictionar. Utriusque ser. verb. Birrus; dicens: est vestis Rusticorum. C. Nominis licere vel in frenis lib. 11. super verbo oblatibus; quasi vestis grossa, & vilis. 30. dist. Si quis Virorum per Archidiacon. Idcirco nihil concludit obiectio: & quod ad verba S. Augustini, dicendum est, eum locutum de veste Pontificali, quam decebat esse pretiosam; Birrus namque, ut probat Magrius dist. De Sacrificio Missæ.

verb. erat Mozetta, quam portant Episcopi supra tunicam, fer supra Rochertum.

Corollarii loco non est ignorandum, quod sicut reprobandus in Clericis omnis jactantia, & ornatus vanus corporis, sufficit, odores, ac unguenta; ita non laudantur sordes, fer immundities in vestimentis, ut scribit S. Hieronymus Epist. 21. ad Eustoch. & serm. de Esrens. §. 1. Et idè legitur, D. Augustini vestes, calcæos, atque omnem lecti apparatus confectum fuisse ex honesta materia; & de Diavo Bernardo, cui semper placuit paupertas; sordes illi nunquam placuisse; quod prosequitur Abb. in d. cap. Clerici officia num. 17. De Vita, & Honest. Cler. & Belletus d. part. 1. §. 16. à num. 18. & segg. Quare de S. Philippo Nerio scribit Petr. Jacob. Baccius in ejus Vita lib. 2. cap. 14. num. 8. Anava la politezza, e gli dispiacera fommamento la sordidezza, ed in particolare ne vestimenti: onde spesso diceva quel detto di San Bernardo: Paupertas mihi semper placuit, sordes verò nunquam.

Potremò si quis petat, qua de causa Regulares novitii, atque Moniales cum solemnitate vestiantur à suis Superioribus habitu Regulari; at Clerici seculares de per se assumant, & induant Vestem Clericalem? triplex datur responsio: Una, quod olim, dum minor esset numerus Clericorum secularium, hi quoque recipiebant vestem talarem de manu Episcopi cum solemnibus ritu; prout legitur in Vita S. Germani apud Sarum die 3. Julii; & S. Tarasii die 25. Februarii. Altera responsio est, dari habitum Regularibus, & Monialibus solemniter, quia in eo debent Deo servire, atque divinas laudes celebrare; non etiam Clericis secularibus, quia hi non exercent sua ministeria in Ecclesia sola veste talari induti, sed super ea imposta cotta, quæ dicitur Superpelliceum; quod quidem solemniter datur illis Clericis ab Episcopo, orante, ut in Pontificali: Induat te Dominus novum hominem cum aibus suis, &c. Tertia est, quod in Curia Episcopali bene directus nullus induit vestem Clericalem, nisi de licentia Episcopi, prævio examine de ejus studio, indole, moribus, & aptitudine ad Ecclesiasticam militiam, ut servatur in hac Decretali Patavina. Porro licentia ipsa supplet antiquam solemnitatem tradendi vestem Clericalem; quia licentia est gratia, per quam alicui licet, quod prius non licebat. Card. in Clement. fin. num. 9. de Elect. & Fagnanus in cap. Non amplius num. 64. de Institutionib. Qui plura desiderat, legat Franciscum Hallier De Sacris Ordinationib. & Episcopum Sarnellium Epist. Ecclesiast. tom. 2. Epist. 30. ubi hoc quæsitum examinat.

Sed nec illud tacendum, quod docet idem Sarnellius de Habitu Religioso tom. 1. Epist. 29. olim scilicet fuisse in usu apud fideles laicos, ut instante eorum morte, peterent, & obtinerent vestiri habitu Regulari in signum penitentia; undè factum est, ut nostris temporibus sæpè videamus laicos defunctos habitu penitentiali S. Francisci indutos sepeliri.

DEGISIO L. ARGUMENTUM.

Mysticum ornatum, quo Sacerdos litaturus indutus esse debet, continet præter Decifio: & est, recitare Matutinum cum Laudibus ante celebrationem, ac Sacras Vestes induere. Mortale esse non recitare Matutinum, ac Laudes ante Missam, (juxta causam cessante) iuris, atque rationibus contra Neotericos probatur, ad mentem antiquorum Doctorum. Sacrarum vestium numerus, nomina, mytheria, ususque necessarius in Sacrificio ostenditur. Pileolus, ac Perucha celebrantibus Missam præscripti. Color in vestibus Sacris variandus juxta Rubricas. Clerici

rici sepeliendi cum Vestibus sacris suorum ordinum. Calix ad manus Sacerdotis mortui non ponendus. Vestes lugubres, vulgo di Scoruzzo à Clericis in morte parentum non induenda.

SUMMARIUM.

- 1 Matutini, ac laudum recitatio ante Missam an de precepto?
2 Rubrica Missalis his præcipit recitationem Matutini ante Missam.
3 Rubricæ Missalis habent vim legis.
4 Decretum S. Congregat. Rituum de servandis Rubricis Missalis est Lex.
5 Ritus, et Rubricæ Missalis asserens posse sperni est excommunicatus.
6 Contemptus Legis est peccatum mortale.
7 Contemptus Legis est eam frangere ex consuetudine.
8 Consuetudo antiquissima recitandi officium ante Missam.
9 Consuetudines Ecclesie antiquissimæ sunt obligatorie.
10 Synodales Constitutiones præcipientes recitare Matutinum ante Missam.
11 Synodales Constitutiones obligant Dioecesanos sub pena peccati.
12 Doctores XLV. affirmantes esse mortale celebrare Missam non recitato Matutino cum Laudibus.
13 Doctores antiqui adhibendum potius, quam modernis.
14 Rubricæ Missalis num directive tantum?
15 Rubricæ Missalis omnes præceptivæ, et servandæ sub mortali.
16 Matutinum non recitare ante Missam, an sit res levis?
17 Matutini recitatio, ac Missæ celebratio an connexæ?
18 Missæ celebratio est renovatio Sacrificii cruenti facti à Christo in Cruce.
19 Consuetudo non recitandi Matutinum ante Missam an alicujus sit valoris.
20 Consuetudo damnata ut abusus semper est peccaminosa.
21 Celebrare non recitato Matutino, objustam aliquam causam, non est mortale.
22 Amittis nomina, et Mystera.
23 Albe, vulgo Camilo, nomina, usus, mysteria.
24 Alba S. Bonifacii Episc. et Mari. in Cathedrali Viterbiensi.
25 Cinguli nomina, et significationes.
26 Subcingulum quid esset?
27 Manipuli nomina, ac mysteria, et usus.
28 Manipuli non portantur in Processionibus.
29 Stole Mystica significationes, ac usus diversus apud plures, ut hic.
30 Planeta, seu Casule nomina, forma antiqua, moderna, significatio.
31 Historicus, Allegoricus, Tropologicus, ac Anagogicus sensus, qui sint?
32 Missa an celebranda sine vestibus sacris.
33 Missa vestibus non benedictis an dicenda?
34 Orationes in induendis vestibus sacris non dicere, an peccatum?
35 Celebrare nudis pedibus, an peccatum?
36 Pileolus an licitus in capite celebrantis?
37 Pileolus in choro an licitus Clericis, et Canonici?
38 Peruciam habens, an cum ea celebrare possit?
39 Perucie prohibita Sacerdotibus Romæ.
40 Colorum variatio in vestibus sacris an servanda de precepto?
41 Debent, Verbum est præceptivum.

- 42 Colorum in vestibus sacris varietas mysteriosa.
43 Planeta auro texta valet pro omnibus coloribus, nigro excepto.
44 Vestibus sacris qui utitur ad profana, mortaliter peccat.
45 Vestibus sacris vetustis, quid de eis agendum?
46 Clerici, et Sacerdotes quibus vestibus sepeliendi?
47 Rituale Romanum habet vim Legis.
48 Cerei accensi semper adhibiti in funeribus fidelium.
49 Calix, et patena non ponendi in manibus mortui Sacerdotis.
50 Vestibus luteis, vulgo di Scoruzzo, non sunt induendi Clerici in morte propinquorum.

Post ornamenta interiora, & exteriora Sacerdotis, quibus indutus esse debet, ut digne accedat ad eximium opus Sacrificandi in celebratione Missæ, explicanda remanet ornamenta mixta; ut propoluimus supra in Decif. XLVII. num. 1. quæ quidem duo sunt, Videlicet, alia, quæ ab ipso Sacerdote sunt sibi exhibenda, nempe recitatio Horarum Canonicarum, saltem Matutini, & Laudum, antequam celebret, & alia, quæ ab ipsa Ecclesia ipsi Sacrificanti exhibentur, & sunt Vestes Sacræ, & de his in præfenti Decisione est agendum.

Quo ad recitationem Matutini cum Laudibus ante Missam; magna est quæstio inter Doctores, an ea sit de precepto; ita & taliter, ut si à Sacerdote omittatur, & accedat ad celebrandam Missam, Matutino, & Laudibus illius diei non recitatis, peccet mortaliter? In qua quidem quæstione tres sunt opinioniones, Una Doctorem antiquorum, affirmantium esse peccatum mortale. Altera modernorum, asserentium, nullum esse peccatum. Tertia aliorum, dicentium, esse tantummodò peccatum Veniale. Ita Quartus in Rubric. Missal. part. 2. titul. 1. sect. 1. dub. 1. Castropalaus tom. 2. tract. 7. disp. 2. punct. 8. num. 6. Tamburin. de Sacrificio Missæ lib. 1. c. 7. §. 2. ubi asseclas dictarum opinionum allegat Barbosa de Resp. Moral. lib. 1. quæst. 50. n. 2. et 3. Pax Jordanus tom. 1. lib. 4. titul. 1. num. 66. cum seqq. Francolinus de Horis Canonicis cap. 42. ubi plene hæc quæstionem examinat. Ceneperus de Canonicis lib. 3. n. 26. ubi alios DD. cumulat, & rationes earundem trium opinionum examinat.

In hac quæstione primam opinionem, affirmantem esse culpam lethalem celebrare, non recitato Matutino, & Laudibus illius diei (legitima causa cessante) amplectendam, & defendendam dico ex sequentibus fundamentis:

Primo, quia habemus duas Rubricas Missalis hæc recitationem ante Missam præcipientes. Primam sub Titulo De Ritu servari. in Celebrat. Missæ cap. 1. ibi Sacerdos celebraturus Missam, prævia confessione Sacramentali, quando opus est, et saltem Matutino cum Laudibus absoluto, etc. Alteram sub titulo De Vestibus in Celebrat. Missæ, occurrit. c. 10. num. 1. ubi relatis nonnullis desideribus, qui possunt occurrere in ministerio ipso, nominat etiam istum: Si Celebrans saltem Matutinum cum Laudibus non dixerit. Porro Rubricas Missalis habere vim Legis, & esse servandas, ut diximus supra Decif. IX. n. 43. & tradunt Fagnanus in cap. Cum creatura, n. 29. de celebrat. Missæ. Gavantus in comment. ad ipsas Rubric. Missal. part. 3. tit. 11. n. 14. & Pignatellus tom. 3. consil. 40. quis audebit negare.

Secundò: Tantò magis attento Decreto S. Rituum Congregationis impresso in principio Missalis; ita præcipiente: Demum renovando Decreta alidas facta, mandat Sacra Congregatio, in omnibus, et per omnia servari Rubricas Missalis Romanæ; non obstan-

obstante quocumque prætextu, et contraria consuetudine, quam ab usum esse declarat. Deinde subdit recitationem factam SS. Urbano VIII. & ejus approbationem; ideòque nefas esset, asserere, supradictum Decretum Sac. Rituum Congregationis non habere vim Legis, & non obligare omnes ministros Sacros ad servandas Rubricas Missalis in omnibus, & per omnia; ac consequenter in recitando Matutino, ac Laudibus ante Missam; ex traditis per Cotonium Controversiar. lib. 3. cap. 3. Controv. 8. nu. 50. & Bordonum Var. Resolut. part. 2. Resol. 72. num. 2.

Tertiò, Quia asserere, quòd non obstante utraque Rubrica Missalis, præcipiente antecedentem Matutini, ac Laudum recitationem Missæ celebratori; hæc posse ad libitum omitti, & licitam esse consuetudinem, absque prædicta recitatione Matutini, & Laudum, celebrandi; & ita impunè negligi, & sperni, & mutari posse hunc Ritus; subjacet excommunicationi late in Conc. Trid. sess. 7. can. 13. his verbis: Si quis dixerit receptos, et approbatos Ecclesie Catholice Ritus, in solemnibus Sacramentorum administratione adhiberi consuetos, aut contemni, aut sine peccato à ministris pro libito omitti, aut in novis aliis per quocumque Ecclesiarum Prelatum mutari posse, Anathema sit. Porro Rubricas Missalis esse Ritus receptos, & approbatos ab Ecclesia Catholica, nemo est qui dubitet; eosque consecrere Sacramentum Eucharistiae, quòd conficitur, & consecratur in Sacrificio Missæ. Reginaldus in Praxi tom. 2. lib. 26. num. 28.

Quartò, Quia non excusatur à peccato mortali ille, qui operatur contra Legem ex contemptu. S. Thomas 2. 2. q. 89. art. 9. ad 3. Covarruvias in Regul. Peccatum part. 2. §. 7. num. 6. Baldellus plurimos cumulans in Theolog. Moral. lib. 3. disp. 24. num. 1. Tunc autem quis dicitur ex contemptu Legis operari, quando agit contra dispositionem Legis ex consuetudine; & per actum frequentiam destruit finem Legis. Salas de Legib. disp. 10. sect. 10. n. 73. Bonacinus item de Legib. quæst. 1. punct. 7. §. 4. num. 16. idem Baldellus disp. 24. num. 3. Sed hinc Rubricarum Missalis, requirementum in celebrandam Missam Matutini, ac Laudum antecedentem recitationem, est reverentia erga Sacrificium tamquam Divinum opus; quam quidem destrunt illi Sacerdotes, qui de cubili surgunt, & neglecta Horarum Canonicarum recitatione se portant ad Altare, & litant, quasi aliquid vile opus exercerentes; & sic agunt, quasi semel, aut bis ob aliquam justam causam; sed quotidie ex prava consuetudine, absque ulla devotione. Ergo non sunt immunes à peccato mortali.

Quintò: Nam antiquissima, & semper observata consuetudo in Ecclesia fuit, ut ante celebrationem Sacrosancti Missæ Sacrificii recitarentur preces divinae, ad quas audienda etiam populus conveniebat, ut advertit Emin. Card. Bona Rerum Liturgic. lib. 2. cap. 1. num. 4. ubi adducit Socratem lib. 2. Histor. Eccles. cap. 8. ubi subdit: Athanasii sic scribentem: Vespera quidem erat, populus autem per totam noctem vigilabat, quia Synaxis futura erat. Et Georgium Pachymetrem lib. 1. Histor. Michal. Paleologi, cap. 11. ita dicentem: A Vespera nocturnæ decantata sunt preces, postera quippe die sacrum facere Presul decreverat. Unde idem Emin. Bona subdit: Nec aliunde fuit ab hoc instituto Romana Ecclesia; nusquam enim legitur vel in Ordine Romano, vel in libris Sacramentorum Missarum solemnè peracta fuisse, nisi prius in Ecclesia Vigiliæ nocturnæ cum Laudibus persolentur. Quæ Ritus etiam nunc servandum esse docent Regule Missali Romano præfixæ; quibus horam celebrandi determinant. Et quamvis hæc dicta videantur de celebratione Missæ solemnis; idem tamen servabatur, antequam celebrarentur Missæ privatae; ut testatur Divus Antoninus 3. p. titul. 13. c. 6. De Sacrificio Missæ.

S. 4. qui floruit anno 1400. & allegat testes ejusdem consuetudinis Guilielmum, & Holtiensem celebres Canonistas ejus magistris, cujus vigore consuetudinis, quæ erat generalis, & ab Ecclesia approbata, scripsit idem Sanctus, quòd quòd nondum dicitur Matutini celebrat, mortaliter peccat; per text. in cap. In his rebus. disp. 11. Et merito quidem, nam consuetudines universales antiquissimæ esse obligatorias, & eas processive vel ex traditione, vel ex præceptis Sanctorum Patrum plene probat doctissimus Vir Joannes Cardenas in Crisi Theologica tract. 3. disp. 23. cap. 5. artic. 5.

Sextò, Quia ferè in omnibus Episcopopatibus prohibent Synodalia Diocesana Decreta mylis rem facram facere, nisi saltem Matutinum cum Laudibus recitaverint. Ita statutum esse in Ecclesia Parisiensi testatur Gonzalez in cap. 1. num. 4. de Celebrat. Missæ. Synodus Farlen. anni 1683. Eminentiissimi, ac Reverendissimi D. Caroli Cardinalis Barberini de Sacrificio Missæ c. 10. n. 7. antequam Sacerdos celebret, eidem injungit, juxta Rubricas Matutini, et Laudibus saltem recitatis. In Synodo Diocesana Concordiensis Anno 1697. Illustrissimus, ac Reverendissimus Paulus Vallaresius Episcopus egregie pietatis, ac sollicitudinis, in tit. de Cæremoniis in Missa observandis pag. 175. ita mandat: Sacerdos sequitur rem facturam divinam, si criminis alicujus conscientia possit, peccato animi sensu, Sacerdos prius erimina constitatur; necnon recitet saltem Matutinum una cum Laudibus. Synodus Spalatenfis sub Illustrissimo, ac Reverendissimo Stephano Cosmo, eruditissimo, ac vigilantissimo Archiepiscopo Anno 1688. tit. 10. de Sacrificio Missæ num. 6. sic fuit Sacerdotibus præcipit: Antequam ad celebrandum se accingunt, Matutino, et Laudibus saltem recitatis, sacras preces in gremio fundant. Sed alius omnis nostra Diocæsiana Synodus Patavina Anno 1624. confirmata annis 1647. & 1681. p. 1. c. 11. de Cæremoniis in Missa observandis; dat in præcepto eandem præcedentem Sacrificio Matutini, ac Laudum recitationem; dicens inter alia: Nec non recitet saltem Matutinum una cum Laudibus. Idemque fuit injunctum in antecedenti Synodo Patavina Anno 1580. sub tunc Illustrissimo, ac Reverendissimo Federico Cornelio Antifite, postea S. R. E. Cardinali, de Missæ celebratione, pag. 20. ibi: Sacerdos sequitur, matutinis precibus saltem persolutis, semel tantum in die divinam Sacrificium offerat. Constitutiones autem Synodales Diocesanas esse leges habentes vim obligandi omnes, & quocumque de Diocesi; & illos teneri ipsi Diocæsani legibus sub mortali culpæ reatu obedire, docent omnes Canonistæ in Rubric. de Constitutionibus. et in c. Cum omnes. c. Cum accessissent, eod. tit. Et omnes Theologi, quos citat, & sequitur Baldellus d. lib. 5. de Legibus, disput. 5. num. 13. et seqq.

Septimò tandem, peccatum grave esse ex malo habitu, & ex consuetudine, nulla legitima causa interveniente, Missam celebrare non persoluto debito Matutini, & Laudum; confirmatur multitudinem Doctorum, sanctitate, ac doctrina illustrum; quos hic alphabetico ordine referre non me piget; ut qui huic malo habitui sunt affueti, respiciant, & melius consulant conscientie suæ; sciantque, esse magnam irreverentiam accedere ad Altare, & tremendum Sacrificium offerre absque preparatione ista in Rubricis Missalis, & in Synodalibus Constitutionibus præscripta, & præcepta. Doctores ita affirmantes sunt sequentes: S. Antoninus 3. p. tit. 13. cap. 6. §. 4. Angelus Verb. Missæ, num. 42. Armilla eod. Verbo, num. 31. Astensis lib. 4. tit. 14. num. 3. Albericus de Ferraria in tract. de Horis Canonicis super c. 1. de celebrat. Missæ. num. 23. Q 3 Alva-

Alvarez in Speculo cap. 33. vers. Quid de Scholari-  
bus.  
Antonius Bernard. in Summa, cap. 27. n. 6.  
Azorius tom. 1. lib. 10. cap. 28. q. 17.  
Beja de Casib. Conscient. p. 1. casu 54.  
Bartholomæus ab Angelo Dialog. 5. §. 10.  
Bellarminus lib. 1. De bonis operibus cap. 28.  
Biel super Canone lect. 13.  
Burchard. in Ordine Missæ in princ.  
Cavallerius in Statera Sacra tit. 2. n. 30.  
Cenedes Q. Q. Canonicar. q. 3. n. 30. 7. 30. mor-  
dicus defendens hanc opinionem.  
Durandus de Ritib. Eccles. lib. 3. c. 24. n. 13.  
Francolinus de Horis Canonicis c. 16. n. 28. ubi forti-  
titer tuetur hanc sententiam.  
Gavantus in Rubric. Massal. part. 2. tit. 1. Litter.  
B.  
Grassius Decif. lib. 2. cap. 40. n. 5.  
Henriquez in Summa lib. 9. cap. 24. n. 7.  
Holtienus in Summa, de Consec. Eccl. dist. 2. §. 9.  
Qualiter, n. 14.  
Homobonus de Exam. Eccles. tractat. 4. cap. 16.  
q. 148.  
Jordanus Episcopus Tragurien. tom. 1. lib. 4. tit. 1.  
num. 66.  
Joannes Baptista Antonucci in Catechesi Neapolit.  
lib. 1. cap. 47.  
Ledelma q. 16. art. 4. dub. 6.  
Laurentius Perez Soco in Tractatu an liceat celebrare  
non recitato Matutino.  
Majolus de Irregular. lib. 3. c. 24. n. 1.  
Melchior de Huelem in Epitome Cereemoniar. &  
Myster. Missæ.  
Michael Timot. de Sacrificio Missæ tract. 1. q. 2.  
Manipulus Curatorum in tract. de Euchar. cap. 6. in  
fin.  
Michael Florentinus Servita in Dilucidario super Reg.  
S. Augustin. cap. 22. qu. 4.  
Navarrus de Horis Canonic. c. 3. n. 70. & c. 21. n. 30.  
& in Manuali c. 25. n. 83.  
Petrus Bollo in Oeconom. Canon. Class. 1. cap. 5.  
§. 6.  
Pitigianus disp. 13. q. 2. art. 10.  
Pisanella verb. Missa §. 4.  
Paludanus in 4. Sent. dist. 13. q. 2. art. 2. concl. 2.  
S. Raymundus in Summa lib. 3. tit. de Sacram. iteran.  
in Gloss. 5. pro defunctis. pag. 326.  
Rosella verb. Missa §. 4.  
Setala de Mysteris Missæ c. 6. n. 37.  
Silvester verb. Missa q. 6. §. 4.  
Summa Confessor. lib. 3. tit. 24. q. 130.  
Tabiena verb. Missa n. 7.  
Viguerius Inst. Theol. cap. 5. §. 5. vers. 4.  
Zanardus in Director. Theol. part. 1. De Euchar. cap. 9.  
q. 7.  
Zechius de Sacram. in tract. de Missa c. 16.  
Hi sunt quadraginta quinque Doctores, sentientes  
gravem culpam esse celebrare passim, & ex con-  
suetudine, non recitato Matutino, & Laudibus,  
& ex ipsi plurimi sunt antiqui, pii, ac Sancti;  
videlicet S. Antonius, S. Raymundus; quapropter  
ipsi potius adhzrendum est, quam modernis secundum  
illud Job cap. 12. vers. 12. & 13. In antiquis  
est sapientia, & in multo tempore prudentia. Et Eccl.  
cass. cap. 39. vers. 1. & 4. Sapientiam omnium anti-  
quorum exquirat sapienter. Et cap. 8. Non te prætereat  
narratio sententiarum, ipsi enim didicerunt à Patribus suis.  
Temporis enim diuturnitas eis auctoritatem attulit.  
Jo. Andreas in cap. Unico num. 40. & 41. De Sacra-  
ment. Silvester verb. opinio num. 2. in fine. Everard.  
in loco ab auctoritate n. 16. vers. ad unum tantum  
advertit. Fagnanus in cap. Ne innotariis à num. 349.  
& seqq. De Constitutionibus. Maxime quia plures  
ex modernis, qui excusant à mortali celebrantem,  
non recitato Matutinali officio, affirmant contra-

riam opinionem esse communem, & probabiliorē;  
immo Sententiam Soti De Just. & Jure lib. 10. q. 5.  
art. 4. concl. 2. qui primus recessit à communi non esse  
omnino tutam, & ulterius non esse ita absolute intel-  
ligendam de omnibus celebrantibus non soluto pen-  
sato Matutini ex consuetudine, & malo habitu, ut  
in præfenti supponimus, sed aliqua justa causa subsi-  
stente. Riccius in Praxi Rev. Quotid. Resolut. 362.  
Incipien. Respondeo non esse. Card. Toletus in Sum-  
ma lib. 2. cap. 1. num. 3. Pax Jordanus d. lib. 4. tit. 1.  
num. 67. Quare non sunt audiendi moderni Moralista,  
qui laxant habenas, & fovent irreverentiam  
erga Sacrosanctum Sacrifcium Eucharisticum, &  
est omnino amplectenda Doctrina antiquorum; quam  
fatentur plurimi etiam Neoterici tutiorem, & proba-  
biliorem, & ex hoc inferunt, contrariam esse  
reiciendam; Jo. Andreas in cap. Litteras col. 2. in  
Verb. Melius, & ibi Glossa in eod. verb. De Restitut.  
Spoliator. Fagnanus in cit. cap. Ne innotariis. n. 273. De  
Constitutionibus.  
Neque vim habent rationes, seu resolutiones eor-  
undem modernorum Doctorem contrarium asseren-  
tium.  
Non prima: Quod Rubricæ Missalis, quod an-  
teferendam Missæ Sacrificio recitationem Matutini  
cum Laudibus, sine directivæ tantum, non autem  
præceptivæ, & ita non obligent transgressores ad  
culpam. Quartus d. part. 2. tit. 1. sect. 1. dub. 1.  
vers. Probarur. Nam responderetur, secundum verio-  
rem opinionem, quam validissimis rationibus amplexus  
sum in Decisionibus Anni 1682. Mensis Julii ad  
casum Prædentalem; omnes Rubricæ Missalis sunt  
præceptivæ, & illas transgredi non licet absque  
culpa vel gravi, vel levi secundum materię quali-  
tatem, & casum circumstantias relativas ad re-  
verentiam Sacrificii, & ad obedientiam, quam Sa-  
crificantes exhibere debent iisdem Rubricis, quæ  
sunt leges Ecclesiæ, ac summorum Pontificum, à  
quibus per Litteras Apostolicas in Missalis impres-  
sas sunt confirmatæ. Idcirco ob Ballam S. Pii V.  
in eodem Missalis positam, omnes Rubricas servan-  
das esse sub mortali, juxta probabiliorē Docto-  
rum opinionem, affirmat Bonacina tom. 1. De Sacra-  
mento Euchar. disp. 4. q. ult. punct. 7. §. 3. num. 3. &  
Cotonius lib. 2. Controv. 5. cap. 4. num. 82. ait si  
semel admittamus Decreta Pontificum directiva, facile  
hec interpretatio se extendat ad omnia. Et saltem si  
directivum est, quod præcipit in virtute obedientiæ,  
quale erit Præceptivum? Unde inferre eandem Bal-  
lam Pianam facere omnes Rubricas Missalis præcepti-  
vas, quia mandat, ac districtè omnibus, & singu-  
lis in virtute Sanctis Obedientiæ præcipit, ut Missam ce-  
lebrent juxta ritus præscriptos in iisdem Rubricis,  
quæ propterea præceptivæ omnes sunt tenendæ, ut  
suis in cit. Decif. Anni 1683. Mensis Julii.  
Non secunda adversariorum ratio subsistit, quod  
non recitare Matutinum ante Missam sit res levis,  
& nullius relevantiæ. Nam responderetur cum Quin-  
tadnavenas in Singulari. Theolog. Moral. tract. 7. Sin-  
gular. 38. num. 1. quod vel minimum Jota, vel simplex  
apex ad Angulissimum Missæ Sacrificium spectans  
magis haberi debet. Et eundem si res nullius mo-  
menti est omisso Matutini, ac Laudum ante Mis-  
sam; erit etiam nullius relevantiæ celebrare in  
loco non sacro, & non deputato ab Episcopo; vel  
sine Altari consecrato, aut tribus mappis non cooper-  
to, vel sine lumine & cera, vel de nocte, aut  
post Meridiem; item sine vestibus Sacris, aut eis  
non benedictis, sine ministro, cum Calice aëreo,  
vel vitreo, capite cooperito; hæc enim omnia pro-  
hibita sunt in Rubricis Missalis, quæ si quis ausus  
esset contra tenorem earundem Rubricarum adhi-  
bere, sine horrore dici non potest, quod mortali culpa  
non esset adstrictus; omnes enim Doctores testan-  
tur in supradictis casibus transgressores graviter delin-  
quere;

quere; cumque non, & eodem textu prohibeantur  
antedictæ transgressiones, & omisso recitationis Ma-  
tutini cum Laudibus, ut legitur in Rubrica Missa-  
lis De Defunctis. &c. cap. 10. num. 1. sequitur di-  
cendum, etiam Matutini, & Laudum omissionem,  
nulla subsistente legitima causa, & ex solo malo ha-  
bitu, & consuetudine, esse culpam gravem, juxta  
juris Axioma; Una determinatio respiciens plura de-  
terminabilia, debet ea pariformiter determinare. I.  
Nam hoc jure, & l. Lucius. ff. De vulgari, & pu-  
pillar. subsist. Menoch. conf. 88. num. 19. Gratian.  
Discept. forens. cap. 70. num. 39. maxime ubi eadem  
est ratio, & non diversa, prout in casu nostro, nempe  
summa reverentia in hoc Divino opere; quod  
adorant Dominationes, & tremunt Potestates.  
Nec tertia ratio in contrarium adducta valet; hoc  
est, nullam esse convenientiam, connexionem, aut  
correspondentiam inter recitationem Matutini, ac  
celebrationem Missæ; ideoque hanc præmittere, &  
illam postponere nullum sit peccatum; ut ait Sotus,  
relatus à Navarro de Orat. d. cap. 21. num. 30. &  
Suarez in 3. part. tom. 3. disp. 82. sect. 1. Est enim  
evidenter falsa; siquidem cum ab Ecclesia statutum  
sit, ut Matutinum, cum Laudibus dicatur de nocte,  
Missam autem in die, clarè demonstravit, esse aliquam  
conventionem inter hæc duo Religiosis, & Divini  
cultus opera eximia; ipsamque præcedentem recita-  
tionem officii nocturni valde conducere ad devotè  
Sacrificandum. Et eundem cum Missa sit regulanda  
à ritu officii; ut si officium sit duplex, una tantum  
Oratio dicatur in Missa. Si semiduplex, secunda  
oratio dicatur juxta varietatem temporum, ac etiam  
tertia. Si dictum sit Te Deum in officio, dicenda  
sit Gloria in Excelsis in Missa, & alia similia;  
quomodo his ritibus satisfaciatur in Missa, qui Ma-  
tutinum non recitavit? Nonne errores plures com-  
mitteret? Nonne irreverentias plurimas patrabit? Sed  
ulterius clara, & non obscura sunt mysteria præce-  
dentis recitationis Matutini, & Laudum; Christus  
enim Dominus antequam Sacrosanctum Eucharisticum  
Sacramentum inlitteret, & primò Sacrificium hoc  
Venerabili propolis manibus offerret; plures plures  
flos, & orationes recitavit cum Apollolis; ut præ-  
bavimus in Decisionibus De Venerabili Euchar.  
Sacram. Anni 1689. Decif. 17. num. 1. & ubi morem  
Hebræorum de recitandis Psalmis antequam Agnum  
Paschalem comederent, extendimus; undè fit, ad  
imitationem Summi Sacerdotis, & Præceptoris no-  
strati Christi, qui psalmos, & orationes præmisit con-  
secrationi Eucharisticæ, ut deduximus supra Decif. 9.  
num. 12. nos quoque absque recitatione saltem trium  
nocturnorum, ac laudum, ad sacrificandum accedere  
non debere; sunt enim simul connexa, Deum  
laudare psalmis, hymnis, & canticis; & illum ho-  
norare Hostia, & Sacrificio. Præterea, est Ma-  
tutinum in Ecclesia canentur de nocte; quia nocturnum  
tempore Angelicus cantus auditus est in Nativitate  
Domini; undè initium recitandi officium No-  
cturnum cepit in Bethleem, ubi natus est Domi-  
nus. Idcirco lib. 1. De Eccles. Offic. cap. 23. quem  
refert Magrius in Herolexic. verb. Matutinum, prin-  
cipaliter tamen ejusdem officii nocturni recitatio fit  
in memoriam orationis Christi, quam fecit in hor-  
to, & in obsequium suæ Sanctissimæ Passionis in-  
cepit post orationem suam, qui crimina purgat.  
Matutina igitur Christi, qui crimina purgat.  
Cumque celebratio Missæ sit renovatio Sacrificii,  
quod de se ipso Christus obtulit in Cruce pro redem-  
ptione mundi; ad hoc divinum Sacrificium pe-  
regendum non debet Sacerdos accedere, nisi oraverit  
ad præscriptum Ecclesiæ, recitando tres Nocturnos,  
ac Laudes; ad imitationem orationis Christi  
in horto, ut suis demonstrat Guilielmus Duran-  
dus in Rationale Divinor. Officior. lib. 5. cap. 3. & 4.  
& Jo. Bellet. in explicat. Divinor. Offic. à cap. 20.  
De Sacrificio Missæ.

seqq. ubi plurimos sensus mysticos declarat; ac  
idem Magrius d. Verb. Nocturnus.  
Nec quarta ratio pro contraria opinione aliquid  
ponderis habet; quæ fundatur in consuetudine ferè  
universali Sacerdotum plurium, qui absque scrupu-  
lo litant, non recitato Matutino. Respondetur enim;  
primò negando hanc universalem consuetudinem;  
major enim est numerus Myrtarum tum sæcularium,  
tum Regularium, qui tantè æstimant divinum illam  
actionem, ut ad illam non accedant, nisi debito Ma-  
tutini, ac laudum soluto. Sed eorum, quibus plurimè  
absque recitatione sacrificent, eorum consuetudo nul-  
lum jus, nullamvè legitimam excusationem parere  
potest, quia cum sit contra expressas Rubricas Mis-  
salis, est damnata, & declarata tamquam corrupte-  
la, & abusus à Decreto Sacre Congregationis in eodem  
Missali impresso; certum est autem in jure,  
quod quando consuetudo aliqua reprobatæ est tamquam  
abusus, & corruptela, non potest defendi, neque  
prædicari absque culpa, est in ea plurimè continetur  
etiam per longissimum temporis spatium; ut docent  
Canonistæ, ac Theologi, quos allegant, & sequuntur  
Gonzalez ad Reg. 9. Cancell. gloss. 33. num. 9.  
& 10. & Sperellus Decif. 37. num. 51. & Decif.  
182. num. 33. nec non num. 57. & 60. Et igitur  
concludendum; teneri Sacerdotem celebratum ex  
vi Rubricarum Missalis, quæ habent vim legis, &  
præcepti præmittere recitationem Matutini, & Lau-  
dum, antequam celebret; & deficientem in hac re-  
citatione præambula Sacrificio ex malo habitu, ex  
sola negligentia, & per consuetudinem, graviter pec-  
care ob inobedientiam erga præceptum Ecclesiæ; ob  
inobservantiam Rituum in Missa servandum, &  
ob irreverentiam, qua Divinum illud opus aggressit-  
ur. Non inficior, quod si aliqua legitima causa in-  
tercedat celebrandi, non recitato Matutino, excu-  
sari à culpa ipsam celebrantem; exempli gratia; si  
persona nobilis, vel Superior postulet Missam, vel  
populus expectet; aut pro aliquo infirmo communi-  
candum opus sit statim consecrare; ut considerant Va-  
lencia tom. 3. disp. 6. q. 2. punct. 10. Sanchez in  
Consil. Moral. lib. 7. cap. 2. dub. 40. Castropalaus  
tom. 2. tract. 6. disp. 2. punct. 4. & alii apud Quar-  
tum d. part. 2. tit. 1. sect. 1. dub. 1. vers. Postea ve-  
rius causa. At nulla subsistente causa, mortife-  
rum erit, absque recitatione Matutini celebrare, &  
Rubricas Missalis spernere; qui enim transgreditur  
legem passim, & ex consuetudine, dicitur illam  
transgredi per contemptum interpretatum, & mortali-  
ter peccare. Angelus verb. Inobediencia, eod magis  
si per hanc consuetudinariam transgressionem lædi-  
tur finis legis, qui in nostro casu est devotio, & re-  
verentia erga Sacrificium; quod indevotè, & irre-  
verenter tractat, qui de præcedenti recitatione Ma-  
tutini, ac Laudum non curat. Hæc de prima parte  
ornatus mixti in celebrato necessarii.  
Altera pars ejusdem mixti ornatus, ab Ecclesia  
exhibiti, continet Vestes Sacras, quas induere de-  
bet Sacerdos in Sacrificia, ut ad Litandum procedat;  
sunt autem sex juxta Rubricam Missalis, Ami-  
ctus, Alba, Cingulum, Manipulus, Stola, & Pla-  
neta, de quibus aliqua in particulari; nonnulla etiam  
in universalis sunt notanda.  
Amictus, qui vocatur etiam Ambulagium; & Ana-  
bulagium à verbo græco ἀνυβυλιου, id est induor;  
nec non humerale, antiquitus ponebatur supra cap.  
put, eodem modo, quo à Regularibus hodie obser-  
vatur; ad significandum, quod Christus Dominus,  
qui est caput Ecclesiæ, cooperuit Divinitatem suam  
carne, dum venit in hunc mundum; juxta Rupert.  
Abb. lib. 1. de Divin. Offic. cap. 10. Sive velum,  
quo in passionis nocte Milites Redemptoris faciem  
velabant; nec non spinæ coronam, ejus capiti im-  
positam. Gabriel. lect. 11. Canonis 5. Moraliter vero  
significat galeam spirituales, id est spem, qua Sa-  
cerdos

cerdos munitum esse debet, ut sit passus portare jugum Christi; qua de causa amictum à capite reclinat ad collum, & ad humeros. Quartus Ad Rubric. Missæ. part. 2. tit. 1. sub num. 3. Maronitæ, & Ambrosiani induunt amictum super Albam, teste Magrio in Hierolexic. verb. Amictus, ubi subdit, quod olim ita servabant etiam Græci; sed hodie amictu non utuntur.

Alba, vocatur etiam Camissa, Tunica linea, Supparum, Linea Dalmatica, quia ex lino albo confici debet, nec non Poderis à Græco vocabulo ῥοδῖνος quia ad pedes usque extenditur. Græci utuntur Alba ex serico vario, colore ferè celesti, & præcipue eorum Episcopi. In die Parasceve antiquitè Sacerdotes urebantur Alba nigri coloris, ut demonstrat idem Magrius verb. Alba, subdens, quod etiam adhibebantur frusta textilia in manicis, in pectore, humeris, & fimbriis Albæ; quem usum adhuc retinent Regularium Ecclesiæ, & capella Pontificia. In Cathedrali Viterbiensi servatur Alba Sancti Bonificii Episcopi Ferentinatis (de quo Card. Baronius Anno 537. num. 10.) quæ habet hæc frusta atallica, etiam in Amictu, & in eo Gothicis Litteris, minutique margaritis pulchrè Tetragrammaton efformatur, scilicet Nomen Dei ineffabile, quod Summus Sacerdos Judæorum gerebat in fronte. Alba longa est usque ad terram, quia significat perseverantiam, & lata ob Spiritum adoptionis filiorum Dei; ad differentiam Poderis Sacerdotii veteris, quæ erat stricta, propter spiritum servitutis in timore. Denotat etiam Vestem candidam, qua Christus fuit indutus, & illius ab Herode; moraliter etiam significat munditiam cordis, & sanctitatem totius Sacerdotis, ut ex S. Thoma, & Innocentio III. docent Magrius d. Verb. Alba; Quartus d. tit. 1. num. 3. & 6. & Gavantus in Rubric. Missæ. part. 2. tit. 1. in Exposit. Tropologica, ubi Albam, duodecim significare ostendit, quæ in effectu restringuntur ad supradicta:

1) Cingulum, quod vocatur etiam Cinctorium, Zona, Balteus, & Ligamen Sacrum, plures habet significationes, nempe innuit charitatem Christi; funes, quibus fuit ligatus, vel flagellis flagellatus; ejsdem Christi Virginitatem, custodiam cordis, ac continentiam Sacerdotis; fortitudinem, & arcum contra hostes. Gavantus d. tit. 1. in exposit. tum Allegorica, & Anagogica, tum Tropologica, Quartus ibid. & Magrius in Verb. Cingulum, subdens quod antiquitè erat in usu etiam Subcingulum seu Subcinctarium, quod hodie solus Papa adhibet, cum solemniter celebrat; & pendet à parte sinistra ad formam parvi manipuli; quo utuntur etiam Græci, sed ad modum buræ calicis, & significat studium dandi elemosynam pauperibus; vocantque ipsum Perizonia ut idem Magrius in eod. Verb.

Manipulus plura habet nomina apud Scriptores antiquos. Gavantus d. part. 2. tit. 1. Litt. H. decem recentet, Magrius verò Verb. Manipulus, duodecim. Alludit ad funem, qua Christus in passione ligatus fuit; & significat penitentiam, & fletum Græci, & Maronitæ duos ferunt manipulos, unum scilicet pro unoquoque brachio. Diaconi, & Subdiaconi, qui vestiunt Episcopum Sacris paramentis, non debent habere manipulum in eorum brachiis, nisi postquam ille indutus fuerit, ut sint expeditiores. Cereimonial. Episc. lib. 1. cap. 9. In processionibus non portatur manipulus à ministris paratis, quia usus ejus erat pro tergendis lacrymis, ac sudore in Sacrificio; extra quod hæc abstergeri fieri potest sudario ordinario. Quartus d. part. 2. tit. 1. num. 3. & Magrius d. Verbo Manipulus.

Stola, quam Sacerdos sibi ad collum ponit, & ante pectus plicat in formam Crucis, plures habet significationes; præcipue tamen sunt, funis qui ligatus fuit Christus, ac Crux, quam portavit; item

jugum Legis Evangelicæ, cui Sacerdos ipse collum submittit, ut explicant Gavantus, & Quartus d. part. 2. tit. 2. & Magrius in Hierolexic. verbo Stola. Cæterum Stola fuisse vestem talarem, eamque variæ formæ apud Hebræos, & Romanos ostendit in Decisionibus de Venerabili Eucharistica Sacram. Decif. XXX. ubi plene ex SS. Patribus, & ex Historiis Stolarum materiam enucleavi; Stolaque Ecclesiasticæ mysterium, ac jurisdictionis signum exposui. Quibus addere licet, quod Episcopus, dum celebrat, pendente è collo Stola tenet, quia habet Crucem ad pectus eum Reliquiis Sanctorum. Concionatores utuntur Stola; non autem Romæ ob reverentiam Papæ, qui ea utitur continuè etiam in publicis viis. At Cardinales si prædicent in Ecclesiis suorum titulorum, possunt uti Stola sub Mozzetta ad differentiam Pontificis, qui illam desert supra Mozzettam, & idem facere possunt ipsi Cardinales, & Episcopi extra Urbem in suis ritualis, seu Diocesibus, quando prædicant. Sacerdos communicaturus extra Missam, debet Stola induere; sed omittens illam, non peccat; ut bene probat Magrius d. Verb. Stola. Non etiam Diaconus, hic enim absque culpa non potest cantare Evangelium sine Stola. Hæc est etiam adhibenda in omnibus benedictionibus ad præscriptum Ritualis Romani, & debet esse vel violacea, vel coloris currentis diei, ut notat Magrius verb. Benedictio col. 2. Plura mysteria Stolæ Sacerdotalis notat Gavantus d. part. 2. tit. 1. in Exposit. Tropologica. Stola docem significat. Et Bissus in Hierurgia Sacra verb. Stola num. 191. ubi advertit, etiam SS. Apostolos fuisse utos Stolis, quarum aliquæ reperitæ sunt Augustæ.

Planeta pluribus nominibus apud vetustos Patres vocitatur; nempe Casula, Casulinæ, Penula, Superhumeralis, & Phelonium, quæ voces omnes sunt synonymæ, teste Magrio in Verb. Casula; ubi illud observatum dignum scribit, quod olim Casula, seu Planeta, erat rotunda, & clausa ex omnibus partibus, prout nunc extant nostra Superpellicea, sive Cottæ sine manicis; & idèd Sacerdotes celebrantes eam revolvebant super brachia, sicut de Cortis faciunt Canonici, & Parochi Patavini hinc temporibus. At Græci adhuc conservant antiquam formam Casularum, seu Planetarum; quarum impressam figuram ponit Magrius in d. Verb. Casula, & in Verb. Sollare; ubi est imago Julii Papæ primi, vestiti cum planeta plicata, ac revoluta super brachiis, & significabat charitatem, ac vestem Christi inconfutilem; nec non vestem purpuream, qua in passione fuit Christus indutus coram Pilato. Quartus, & Gavantus d. part. 2. tit. 1. num. 5. subdens, quod Planeta S. Petri Apostoli meminit Hugo Cluniacensis in Vita S. Hugonis Abbatis, quæ observatur Parisiis. Verùm quia revolutio Planetæ super brachiis erat satis incommoda ad celebrandum, recisa fuit lateraliter, & aperta, prout nunc est in usu ad formam scapularis Monachalis. Magrius d. Verb. Casula. Sarnelius Litterar. Ecclesiasticar. tom. 2. Episc. 28. & Bissus in Verb. Planeta num. 146. ubi §. 4. differit de variis mysteriis, ac significatione multiplici Planetæ in quadrupli sensu Historico, Allegorico, Tropologico, & Anagogico.

Sed dicit aliquis: Qui, & quales sunt hi sensus? Respondetur; Quod sensus Historicus, est ille, quem ad litteram percipimus, itaque factum esse, prout Scriptura narrat; puta populum ex Ægypto discessisse; Tabernaculum in deserto fuisse fabricatum. Allegoricus sensus est, cum rebus, vel verbis mysticis signantur præsentia Christi, & Ecclesiæ Sacramenta; Verbis, ut Egre dicitur Virga de raice ejus; idèd natuscetur Virgo Maria de Stirpe David, & Christus de Stirpe ejus. Rebus, ut populus de Ægypto per sanguinem Agni salvatus significat Ecclesiam,

liberatam passione Christi à dominio Diaboli. Tropologicus sensus idem est ac Moralit, qui adhibetur ad correctionem morum; & fit vel apertis verbis, ut nolite diligere mundum; vel figuratis, ut omni tempore spiriti vestimenta tua candida. Sensus Anagogicus est locutus, quæ de præmiis futuris, & de vita æterna, mysticis, vel apertis verbis disputat. Apertis, ut Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Mysticis, ut Beati, qui lavant Stolas suas, ut si illis potestas in ligno vite. Ita declarat Glossa Ord. in Exod. cap. 25. in Verb. per singulos, & restringuntur omnes prædicti sensus in his verbibus:

Littera gesta docet, quod creditur, Allegoria: Moralit, quod agis; quod tenditur, Anagogia. Explicat hoc sensus etiam Divus Thomas 1. part. quæst. 1. art. 10. quem studiosum observasse juvabit.

Vestes itaque Sacræ supra recensitæ sunt ornamenta, quibus Sacerdos Missam celebraturus ornatus esse debet, circa quas Theologi tractant infra scripta quæsitâ, à quocunque Ministro Sacro non ignoranda.

Primò: An liceat celebrare Missam sine Vestibus Sacris? Et responsio est negativa; esset enim mortale peccatum ob magnam irreverentiam Sacrificii. Tamburin. de Sacrific. Missæ lib. 1. cap. 3. §. 1. ubi distinguit, & ait, sine aliqua ex minoribus in casu necessitatis, puta, amictu, manipulo, posse celebrari; secus deficiente alba, vel planeta; etiam si quis minaretur mortem Sacerdoti. Suarez tom. 3. disp. 72. de Sacrificio Missæ scilicet. 2. §. Secundò dicendum, etsi Navarrus in Manual. cap. 25. n. 84. contrarium sentiat, nisi mortem quis minaretur in contemptum religionis.

Secundò: An Vestibus non benedictis celebrare liceat? Et negativè respondet Tamburin. cum aliis d. cap. 3. §. 2. subdens, si inflaret magnum periculum, posse cum eis celebrari, quia minus esset scandalum, quam sine vestibus Sacris Litare. Collegium Salmanticens. tom. 1. de Sacramentis traç. 5. c. 4. num. 92. & segg. dicens Altercari Moralistas, an vestes remaneant benedictæ, si semel ab aliquo bona fide in Missa adhibeantur; negativam tamen opinionem esse tutiorem, prout etiam, quod benedictionem perdunt, si formam propriam amittant.

Tertiò: An teneatur Sacerdos sub mortali recitare orationes ab Ecclesia præscriptas in sumendis vestibus Sacris? Affirmat Navarrus d. cap. 25. n. 73. & Azorius part. 1. lib. 1. cap. 26. q. 5. At sub veniali tantum firmat ex Palao, ex Bonacina, & aliis ipsam Collegium Salmanticens. d. cap. 4. num. 95.

Quartò: An prohibitum sit nudis pedibus celebrare? Respondent DD. negativè, cessante scandalo, quamvis ob decentiam calcet etiam à Regularibus severioris vitæ adhibeantur, Tamburin. d. lib. 1. c. 7. §. 3. ubi DD. citat, addens ex Casiano, quod Monachi in Ægypto accedebant nudis pedibus ad Altare ex præcepto in quacunque functione.

Quintò: An pileolum in capite Sacerdos celebrans tenere possit? Et responsio est negativa, ob Decretum prohibitorium positum in principio Missalis jussu Urbani VIII. his verbis: Nemo audeat uti pileolo in celebratione Missarum sine expressa licentia Sedis Apostolicæ, non obstantè quacunque contraria consuetudine. Urgenti tamen causa concurrente non esse peccatum tenere pileolum in capite; secluso canonice, attruit Tamburin. plurib. DD. citatis d. lib. 1. de Sacrificio Missæ cap. 7. §. 4. afferens in Polonia omnes Sacerdotes, hyeme, velato capite usque ad consecrationem, Altari adesse. At contrarium de Polonis assertit Gobat in Experim. Theol. traç. 3. num. 384. ubi se informasse, ait à P. Lithuano haud sanè ignaro morum vicinæ Poloniæ, & ita

credendum est de religiosissima illa Natione; extat enim textus in cap. Nullus Episcopus. De Consecrat. dist. 1. relatus etiam à Pignatellotto tom. 9. cons. 97. num. 50. in quo prohibetur cunctis operto capite celebrare, his verbis: Nullus Episcopus, Presbyter, aut Diaconus, vel solemnium Missarum celebranda, presumat velato capite Altari Dei assistere, & qui temerè presumpserit, communionem privetur. Qui renovatus est ex supradicto Decreto S. Congregationis posito in Missali, cujus transgressio erit culpa mortalis, ut plene probat Sarnelius Litter. Eccles. tom. 1. Episc. 15. ubi demonstrat, à solo Romano Pontifice posse licentiam concedi, ut quis ad tuendam sanitatem utatur pileolo in Missa usque ad præsentationem, & post communionem: & ibi ponit Breve Clementis X. hujusmodi dispensationis concessæ Eminentiss. Domino Cardinali Ursino; addens, quod neque in Choro, neque in Vespèris ministri induti paramentis sacris debent uti pileolo, sed solo biretto in forma Crucis, deponendo, & assumendo iuxta Rubricas Missalis, & Breviarii. At in aliis Divinis Officiis adhiberi posse Pileolum absque alia dispensatione respondit S. Congregatio apud Nicolium Lucubr. Can. lib. 3. tit. 41. num. 18. Hinc fit non esse tutam opinionem ejusdem Gobati traç. 8. num. 680. (quam recentius supra Decif. 23. num. 38.) afferentis, patientem capitis debilitatem posse celebrare tecto capite cum capillitio assumptio, vulgò Perucca; esset enim manifesta fraus, & violatio ejusdem textus in cap. Nullus Episcopus; ac prædicti Decreti Sacræ Rituum Congregationis; & tanto minus dici debet licitus usus Peruccæ in Missa celebrante, quò expressè prohibita sunt Peruccæ Sacerdotibus in Edictis de mandato Summi Pontificis Romæ publicatis, prout legitur in illo sanctæ memoriæ Innocentii Papæ XI. diei 10. Oâbris 1681. cujus hæc sunt verba, aliis omissis: Che con questa proibitione di Zaccaria non s'intenda derogato alle proibitioni, che vi sono d' usare capelli, & zaccare finte, chiamate volgarmente Perucche; con le quali molto meno sia lecito accostarsi all'Altare; & celebrarsi il Santo Sacrificio della Messa; sotto pena à chi ardisce di contravvenire della sospensione da incorrersi ipso facto, e di scarsi venticinque da applicarsi à luochi pii come sopra. Stat igitur Regula, quod discepto capite est celebrandum sub pena peccati mortalis. Colleg. Salmanticens. d. traç. 5. cap. 5. num. 102. Emlin. Card. de Lugo de Euchar. disp. 20. num. 108. Jordan. tom. 1. lib. 4. tit. 1. n. 304. nisi accedat dispensatio Papæ. Gavant. part. 1. tit. 2. Litt. F. Bissus in Hierurgia tom. 1. verb. Birettum. n. 109. prout accessisse pro Chinesibus dispensationem Pauli V. testatur Gobatus d. traç. 5. num. 385. ex ratione, quia apud illam nationem, procedere coram aliquo tecto capite, est honoris signum, scilicet apud nos, illud discepto operite. Et hic obiter notandum, quòd Romani Saturno sacra faciebant aperto capite, ut innuerent, cursu temporis veritatem, quam Saturni filium dicebant manifestam fieri. Ita Tiraquell. De præscriptionibus glossa 4. §. 1. n. 44.

Sextò: An licitum sit, ad libitum variare colorem in vestibus sacris? Respondetur, quod licet impunè affirmet Suarez tom. 3. disp. 82. scilicet. 2. Vers. Secundò est observandum. Gobat d. traç. 3. num. 382. & Quartus d. p. 1. tit. 18. n. 6. dub. 1. eo asserto principè, quòd Rubrica Missalis sit directiva, & non inducat obligationem; Contrarium esse dicendum, siquidem Rubrica ipsa Missalis tit. 18. num. 1. præceptiva est; ait enim: Paramenta Altaris, celebrantibus, & ministrorum, debent esse coloris convenientis officio, & Missæ diei, secundum usum Romane Ecclesiæ, quæ quinque coloribus uti consuevit, Albo, Rubro, Viridi, Violaceo, & Nigro. Verbum autem Debent, est verbum præceptivum, & regulariter im-

portat

portat

portat

portat

portat

portat

portat

portat

portat

portat

portat

portat

portat

portat

portat

portat

portat

portat

portat

portat

portat

portat

- portat necessitatem, ut bene notat Fagnanus in *cap. Qualiter 37. De Clericis non resident. Glossa in Clement. Attendentes Verb. debeant, de Statu Monachorum. Sylvestri in Verb. Præceptum quest. 2. Sanchez in Decalog. lib. 6. cap. 4. num. 36. & Barbosa plurimos cumulant in Diction. Usus frequent. diction. 77. num. 1. & 2. Quare Rubricam ipsam de coloribus servandam esse sub præcepto, & eius transgressionem esse culpam gravem tenent Bissus tom. 2. verb. Paramenta Sacra. num. 28. §. 9. Et iure quidem, tum quia inobservantia colorum esse non potest, nisi cum irreverentia Divini cultus, & scandalo populorum, velut si quis celebraret in solemnibus festis cum paramentis nigri coloris, vel in festivitibus Desperæ; Martyram, Virginumve cum colore Violaeco, aut altero, non ab Ecclesiæ præcepto; tum etiam quia, in lege Moisaica non licebat Sacerdotibus vestes diversi coloris induere in Sacrificiis, ut ex Alciouo dedit Gavantus d. part. 1. tit. 18. num. 1. & colores ipsi sunt omnes pleni mysteriis; siquidem color albus significat puritatem, & vitæ innocentiam; ideo adhibetur in solemnitatibus Redemptoris, Dei- paræ, Pontificum, Confessorum, Virginum, ac Viduarum; juxta illud *Tren. 4. Candidi facti sunt Nazareti eius*. Color rubens designat fortitudinem in effusione Sanguinis pro Christo, & eo utitur in festo Sanctæ Crucis, ac SS. Martyrum, de quibus scriptum est *Apoc. 7. 14. Lacerant stolas suas, & dealbaverunt eas in sanguine Agni*, ac etiam in Missis de Spiritu Sancto, quia inquit fervorem, qui accedit ad energiam ignis, in cuius forma descendit Spiritus Sanctus super Apostolos. Excipitur festum SS. Innocentium ob ululatus Matrum; ad quarum mæstitiam demonstrandam intrat color violaceus, qui tamquam pallidus, & lividus, præfiguratur mæstitiam, & hac de causa etiam eo utitur Ecclesia in Rogationibus, & aliis diebus jejuniorum. Viridis est Symbolum spei vitæ æternæ, ad exemplum viridis agrorum spem copiosæ messis promittentium; idcirco adhibetur in Dominicis per annum, ad excitandos fideles ad bona opera exercenda; quibus mediantibus datur ingressus ad gloriam. Nigro tandem colore utitur in Missis pro defunctis; est enim proprius mortis, quæ nos ad tenebras sepulchri detruit; ut plenius differit Quartus in *Rubr. Missal. d. p. 1. tit. 18. à num. 2. usque ad num. 6. & ante ipsum Gavantus ibid. Carolus Septala de Mysteriis Missæ cap. 52. à num. 32. & seqq. qui num. 36. advertit, Christum Dominum instituisse Sacram Eucharistiam veste cœnatoria indutum ex traditis per Card. Baronium ad Annum 34. num. 39. idest Syndone alba, ex Gavanto d. tit. 18. n. 1. etsi probabilem esse opinionem, quod Christus Dominus suis solitis vestimentis indutus litaverit, addat Bissus d. verb. Paramenta sacra §. 8. advertens successivè in §. 9. quod Planeta ex auro texta potest servire pro omnibus coloribus, nigro excepto, qualis creditur fuisse illa S. Macharii, qua donatus fuerat ab Imperatore Constantino, teste Theodoro lib. 2. Hist. cap. 27. & talis erat Planeta quondam Emin. Domini mei Cardinalis Gregori Barbadii, venerandæ memoriæ, contexta scilicet ex auro, flavi coloris, quam quotidie celebrans adhibebat, & in Visitatione Diœcesis secum portabat, quæ omnibus coloribus in Sacrificio par erat; quod tradit etiam Quartus d. part. 2. tit. 15. sub. n. 6. Dub. 2. excipiens tamen colorem violaceum, ac nigrum; quibus, ait, aureus non concordat.**
- Septimò: An grave peccatum sit adhibere vestimenta Sacra Sacerdotis ad usum profanum? Et respondet affirmativè Suarez d. tom. 3. disp. 81. sect. 8. §. 4. Addendum. Et §. ultimo. V. Pertinet, nec non Tamburin. de Sacrific. Missæ d. lib. 1. cap. 2. §. 3. & in iure habemus text. in cap. Nuptiarum. de Consecr. dist. 2. quod notent Confessarii, ut animadvertere possint in illos, qui perfonati non erubescunt incedere in bacchanalibus cum aliquo ex vestimentis Ministrorum Dei, prout memini, me vidisse quendam superpelliceo, idest Cotta, indutum; est enim mortalis culpa ob contemptum rerum Sacrarum, & irreverentiam in vestes ad Divina officia, ob cultum Dei ordinata. Non est tamen negandum cum eodem Tamburino *ibidem*, quod rebus non immediate præscriptis ab Ecclesiâ, & non benedictis, aliquando uti in aliqua honesta occasione, etsi profana, non est peccatum: verbi gratia, in nuptiis, tapeto, pelvi argentea, manutergio, sedilibusve Ecclesiæ. Et ulterius, quando vestimenta sacra è vetustate sunt atrita, possunt in aliam formam converti, ad usumque profanos adhiberi, ex Castropalao tom. 2. 45. tract. 8. disp. 4. punct. 6. num. 25. quod tamen, & quidem probabilibus, negat Lexana in Summa tom. 3. verb. Paramenta sacra num. 3. & verb. Vestes sacre n. 7. debent enim applicari, quantum fieri potest, ad alia ornamenta minutura Altaris; cumque inutilia evadunt, sunt comburenda, & cineres in loco sacro reponendi. cap. Altaris. De Consecr. dist. 1. cap. Ad hec. De Relig. domib. cap. Quæ semel de Regul. Jur. Sylvestri verb. Benedicito §. 7. Galganetus de Jure publ. lib. 3. tit. 67. n. 3. & Bellettus p. 1. §. 23. n. 15.
- Ultimò quæritur, an Sacerdotes, alique Clerici defuncti sepeliendi sint de præcepto induti Vestibus sacris? Et responsio est affirmativa; quia sic mandat Rituale Romanum in tit. de Exequiis, his verbis: Sacerdos, aut cuiusvis ordinis Clericus defunctus, vestibus suis quotidianis communibus usque ad talarem vestem inclusivè; tum desuper sacro vestitu Sacerdotali, vel Clericali, quem ordinis sui ratio deposcit, indui debet. Sacerdos quidem super talarem vestem, amictu, alba, cingulo, manipulo, stola, & casula, seu planctia violacea sit indutus. Diaconus vero induatur amictu, alba, cingulo, manipulo, stola super humerum sinistrum, quæ sub axilla dextra annexatur, & Dalmatica violacea. Subdiaconus autem amictu, alba, cingulo, manipulo, & tunicella. Alii præterea inferiorum ordinum Clerici superpelliceo super vestem talarem ornari debent: singuli prædicti tonsura, ac biretis suis. Est autem certum apud Canonistas, & Doctores, quod Rituale Romanum est liber habens vim legis, & quod ejus Rubricæ obligant sub præcepto. Loterius lib. 1. g. 16. num. 123. Menochius cons. 52. n. 145. Gratianus Discept. forens. cap. 111. num. 7. & Sperellus Decif. 179. num. 22. Quod quidem jure optimo constitutum est; nam si quilibet debet sepeliri cum insigniis suæ dignitatis, ut morem fuisse apud Romanos, testantur Polibius lib. 6. & Titus Livius lib. 34. & si milites tradebantur sepulturæ cum suis armis, ut legitur in cap. Innostra. 10. de Sepulturis; convenit etiam, ut milites militiæ sacræ, quales sunt Sacerdotes, & Clerici sepeliantur cum insigniis suis, quæ sunt paramenta Sacra; Gloss. in cap. Nemo verb. mortuum. De Consecr. dist. 1. & ibi Canonistæ. Suarez d. tom. 3. disp. 31. sect. 3. §. Quartò addendum. Tamburin. d. lib. 1. cap. 2. §. 3. num. 2. & Sarnelius Litt. Eccl. d. tom. 1. Epist. 33. ubi allegat textum. in cap. Ad hec. 2. De Auctor. & Usa pallii, quo disponitur, Archiepiscopus cum suis palliis esse sepeliendos; & ulterius demonstrat, apud fideles in usu semper fuisse sepelire mortuos cum cereis accensis, ac hymnis, & canticis; ut narrat S. Gregorius Nyssenus de sorore sua S. Macrina Orat. in ejus funere. Et S. Gregorius Nazianzenus de S. Cæsareo in eius fun. his verbis: Cum multiplici hymnorum cantu deducitur, celebrique pompa ad Martyrum sedem offertur, matre accensas faceret gestante. Nec non S. Hieronymus de obitu S. Paulæ Epist. 27. dicens: Translata Episcoporum manibus, & cervicem seretro subjicientibus, cum alii Pontifices cereos, lampadesque, alii choros psallentium duce-

- ducerent, in medio Ecclesiæ spelunca Salvatoris est posita.
- Duo autem hic corollarii loco sunt notanda. Unum, quod à Rituali Romano inter vestes sacras, quibus induentur esse Sacerdos defunctus, non connumerantur Calix, & Patena, undè deducitur, hæc vasa sacra minime ponenda esse in manibus Sacerdotum defunctorum, esseque abutim omnino tollendam hic Patavii; ubi plurimi solent, ex Sacrorum Rituum vel incitiam, vel inobservantia, cadaveri Myrtarum in catalecto commoranti Calicem, & Patenam in manibus apponere; quod damnat etiam Sarnelius d. Epist. 33. in fine.
- Aliud notandum est, quod Sacerdotes, & Clerici in morte suorum parentum non debent induere vestes

lugubres, more laicorum, ut pluribus Synodalibus Decretis comprobatur Sarnelius d. tom. 1. Epist. 16. pag. 129. ea ratione, quia ut scripsit S. Cyprilianus in opere de Mortalitate, dedecet Ecclesiasticos, à quibus prædicatur articulus æternæ vitæ, ac præmia à Deo promissa bene facientibus; flere, & moestitiam profiteri, dam eorum conjuncti ad possessionem æternorum bonorum sunt vocati; quam veritatem agnoverunt etiam in Lege veteri Machabæi; dicentes 2. Machab. 12. 45. Quodlibet qui cum pietate dormitionem acceperunt, optimam habuerunt repositam gratiam. Quare de his ait etiam Apostolus ad Thessalon. 4. 13. Nolumus vos ignorare de dormientibus, ut non contristemini, sicut & ceteri, qui spem non habent.

F I N I S.